

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula XIV. Nulla species habet aliquid, quod repugnet generi

urn:nbn:de:bsz:31-102400

300 PARTIS SECUNDA
ma esset, nullum omnino daretur genus in
ullâ re, sed natura generis & specierum plane
tolleretur.

REGULA XIV.

*Nulla species habet aliquid, quod repugnet
generi. EX IV. Top. cap. III.*

§. 1.

I. Rationem dat Aristoteles, quia nimirum si aliquid competenteret speciei, quod repugnaret generi, cum genus necessario & perpetuo insit speciei, contraria sive repugnancia essent in eadem. Congregatio igitur e. c. non est genus generationis, quia aliqua generatio sit segregatione, quae segregatio est contraria congregationi: quando enim ex aquâ generatur aët, sit separatio & segregatio partium aquæ.

II. Dicunt nonnulli, intelligendum id esse de eo, quod per se sit, existimantes, per accidens posse aliquid competere speciei, quod generi repugnet: quemadmodum in animalibus ex putridâ materiâ genitis sit defectus, ratione cuius non possit potentia generandi, quae ipsi competit, ut animantia sunt, traduci in actum, quâ de re vide Zabarellam de facult. animæ Cap. XI.

III. Verum cum, ut contraria seu repugnancia prædicentur de eodem, nec per se nec

nec per
per ac
quod
etu ar
rum a
non re
anima
re suas
turâ, l
specie
tiam i
quod
bus &
riò co
anima
mnino
sopho

Neceſſ

I. A
genus,
item:
conci
quo aff
quam

II.

midia

nec per accidens fieri possit, nec per se, nec per accidens potest aliquid inesse speciei, quod generi repugnet. Quod autem de defectu animalium ex putri materia generorum assertur, non obstat, quia defectus ille non repugnat animali, cum non sit de natura animalis, ut potentia generandi possit edere suas operationes. Si enim esset de ejus natura, hoc ipso omnino necesse esset, ut omnes species animalis & omnia individua potentiam illam in actum traducere possent, cum quod de natura generis est, omnibus species & individuis sub illo contentis necessariò competit. Taceo, quod ipse Zabarella animalibus ex putri materia genitis non omnino denegat actum generandi, ex Philosopho I. de generat. animalium.

REGULA XV.

Necesse est id, quod generis est particeps, esse alicujus speciei particeps.

I. Aliter ita dicitur: *Quicquid sibi prescribit genus, prescribit sibi aliquam specierum ejus.* Item: *Quicquid continetur sub genere, etiam continetur sub aliqua specierum ejus.* Vei: *De quo affirmatur genus, de eo etiam speciem aliquam affirmari necesse est.*

II. Objicis I. Scutum, cuius una pars dividia est alba, altera nigra est sub genere, est enim